SAMMELHANDSCHRIFT (ZUM PERSÖNLICHEN GEBRAUCH ANGELEGT VON IOHANNES SCHLITPACHER)
Melk, 1468-1475 Seite 3v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40115
Copyright: Melk, Benediktinerstift



clerici ecclesie kathedralis vel saltem illeterati alii pro matutino
duodecim et pro alia qualibet hora septem vicibus pater noster cum
gloria patri dicere non obmittant quibus vicibus prime ac comple-
torii horis minorem symbolum et miserere mei deus additiant
qui noverint sed si horis non dixerint constitutis dicant tribus
vicibus pater noster. In quadragesima vero sancti Martini et etiam in
maiori ecclesiis in quarum parochiis habitant matutinalibus
horis personaliter adire procurent nisi ea rationabiliter excusentur

De Testamentis faciendis

Omnes preterea quibus de iure facultas fuerit condant
seu faciant testamentum et de bonis suis infra tres
menses post eorum ingressum immediate sequentes ordinent et
disponant ne quemquam illorum contingat decedere intestatum

De Pace et Concordia fratrum

De pace vero inter fratres et sorores aut eos exteros in
discordia positos facienda sicut ministris videbitur ita fiat
adhibitio si facultas affuerit diocesani consilio in hac
parte.

De defensione fratrum

Si vero fratres vel sorores contra ius vel eorum privilegia
per potestates seu rectores locorum ubi domicilium
obtinent vexationibus impetantur ministri loci ad episcopos et ad
alios locorum ordinarios studeant habere recursum iuxta consi-
lium et ordinationem ipsorum in talibus processuri.

De Iuramento vitando

A iuramentis sollempnibus omnes abstineant nisi necessitate
cogente in casibus pro indulgentiam apostolice sedis ex